466.

1232 Juli 27.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. S. des Erzbischofs wohlerhalten.
Gedr.: Wyß, Hess. Urkundenb. 1,23.

Erzbischof Sigfrid von Mainz erklärt, daß er niemals den Johannitern zum Besitze des von der Landgräfin Elisabeth — felicis recordationis Elizabeth relicte bone memorie Lodowici quondam lantgravii Thuringie — *bei Marburg gegründeten Hospitals habe verhelfen wollen.*

467.

Landgraf Heinrich beleiht als Lehnsherr des Dorfes Buseck auf Bitte Hermanns von Drahe und seine Gemahlin Allradis mit einem Hofe bei diesem Dorfe. **1232 Aug. 1.**

Gedr.: Lünig, Corpus jur. feudalis 2,1673 (falsch mit 1332).

Nos Heinricus dei gratia landgravius Thuringie, Hassie dominus presentibus profitemur, quod ad petitiones Hermanni de Drahe Albradim uxorem eius . . . . cum curia dicta . . . sitam apud villam Bochesecke cum suis pertinentiis, que a nobis in pheodo procedit, inpheodavimus et presentibus inpheodamus nomine [dotalicii?] de nobis et nostris heredibus perpetue possidendam sub testimonio harum litterarum nostro sigillo appenso signatarum. Anno domini MCCXXXII ipso die ad vincula beati Petri apostoli.

468.

Erzbischof Siegfried von Mainz, die Aebte von Arnsburg, Bildhausen, Rommersdorf, Arnstein und Cappel, die Pröpste von Bingen und Wirberg, der Decan von Momberg, Meister Konrad von Marburg und der Minorit Angelus berichten dem Papst Gregor IX. über die Wunder am Grabe der Landgräfin Elisabeth von Thüringen. **[Marburg, 1232 Aug. 11.]**

Hdschr.: Gleichz. Abschrift. Rommersdorfer Bullarium fol. 72 No. 69 (Saec. XIII). Staatsarchiv Koblenz.
Gedr.: Wyß, Hess. Urkundenb. 1,25.
Anm.: Das Datum ergiebt sich aus dem Inhalt der Urkunde und namentlich aus No. 476.

Sanctissimo patri ac domino G[regorio] sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici S[igifridus] miseratione divina archiepiscopus Maguntinus, et de Arnisburg, de Biledeus Cysterciensis ordinis, de Rûmerstorf, de Arenstein et de Capella Premonstratensis ordinis abbates, sancti Stephani de Pinguia et de Werberg prepositi, de Munberg decanus, magister C[unradus] de Marpurg et frater Angelus de minorum fratrum ordine predicatores reverentie filialis et obedientie debite paratissimam exhibitionem cum pedum osculo beatorum. In partibus Alamannie, ubi fides orthodoxa vigere consueverat, pullulare ceperat virulentum semen heretice pravitatis et periculosissime dilatari. Sed Christus, qui temptari suos non patitur supra vires, pro hereticorum pertinatia convincenda